



Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

11. De profectone B. Virg. ad Elizabetham.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60561)

ea tunc tanquam Patris sui præceptum obsequentiſſimè acceptavit, ut & in decurſu vitæ affiduè poſtea fecit, ſeipſum quotidie immolans. Nec generatim tantùm, ſed nominatim ſingulos, pro quibus illa acceptavit, ante oculos habuit, eiſque ſpeciatiim applicuit laborum ſuorum fructum. Quare Paulus ita loquitur, & ego quoque loquar. *Qui dilexit me, & tradidit ſemet-ipſum pro me.* Fui ego, fui in illius mente, in primo illo inſtanti ſuæ conceptionis, & me reſpexit, & pro me obtulit ſeſe jam tunc.

Galat. 2.

MEDITATIO XI.

De profectione B. Mariæ ad Eliſabetham.

PUNCTUM PRIMUM.

QUòd Chriſtus mox à conceptu properavit Præcuſſorem ſuum Ioannem ſanctificare, ſicque impulit Matrem, ut Eliſabetham inviſeret. Jam tunc auſpicatus eſt officium Salvatoris, & jam eſt de bono ſuorum ſollicitus, & per hoc ſignificat, quantum malum ſit diutius in peccato hærere.

*Chriſtus
feſtinat.*

PUNCTUM II.

Potuit abſens ſanctificare Ioannem Baptiſtam, ſed maluit præſens, charitatis & humilitatis præbens exemplum, dum major adit minorem. Deinde, ut Maria eſſet cooperatrix, & inſtrumentum primæ huius ſanctificationis, futura

*Præſens
ſanctificat
Ioan.*

futura aliquando Mediatrix peccatorum apud Filium. Demum quia Christus animam, quam ingreditur, urget ad opera pietatis, atque à contemplatione ad actionem instigat, pro gloria Dei.

PUNCTUM III.

Quemadmodum B. Virgo obedivit inspirationi divinæ. Non mandatum expectavit, sed nutum secuta est; non texuit moras, sed abiit cum festinatione, non mota intentione minus recta, vel curiositatis, vel explorandi causâ, an ita res haberet, quòd Elisabetha concepisset, sed ut Deum in illa glorificaret. Denique non est territa difficultate viæ, & insolito labore, nec dedignata est ipsa mater jam Dei visere matrem servi. Considera etiam modestiam in publico, non circumspiciens, sed afflans intuentibus sanctimoniam, Dignum *Salomonis ferculum*, quo Rex pacificus circumfer-
B. Virg. obediētia perfecta. Cant. 3. 2.

MEDITATIO XII.

De ipsa visitatione Elisabethæ.

PUNCTUM PRIMUM.

Maria prævenit salutando Elisabetham, ac mea mediante salutatione, Verbum Divinum, in ejus utero inclusum, replet bonis Ioannem. Nam expiat illum à labe originali, donat gratia & sanctitate, usum rationis tribuit, Pro-
Ingressus B. V. ad Elisabetham felix Ioan. I.

M 3

phetam